Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



psalmista loquit dicens. Beatus qui tenebit et allidet parvulos suos ad petram. de bonis ei non ut crescere permittant sicut. Quia cogitatio cordis eorum intenta est mala omni tempore. Vide ne forte cogitationes tue et diem festum agentem tibi. Barbam non radere non debent ut una pro qua femine videantur. magis quoque propter fornicationem quam mulierum mollitiem imitentur. Unde et sacerdotes que plerumque ab fornicatione nimis turpissime bigamis dicte solemus. Quod enim in ordinis bigamus radunt. alia significatio est. Qui et hec et similia magis spiritaliter ad litteram intelligere magisque unum forte ne quid videre nolunt. Crescat igitur barba nobis interius radatur ecclesia. Illa enim sine impedimento crescat hec autem nisi radatur multa gratie impedimenta. Et nisi a retro alde diligenter in ea que decent honestate et pulcritudine custodiam non potest. Multa autem prevaricationis quam facilia esse videntur. Hinc autem precipitur ut crescatur quicunque de semine suo detur ydolo moloch. Moloch enim rex interpretatur. In quo ista ydolorum portenta significantur possunt quorum regimine infelices homines securos esse arbitrabantur. Unum autem ydolum posuit ut quod in uno scripture in omnibus obstruetur. Quod quidem si fecissent nequaquam psalmista diceret. Et immolaverunt filios suos et filias suas demonijs.;

Huma que declinauit ad magos et omnes et fornicata fuit cum eis ponam faciem mea contra eam et interficiam illam de medio populi sui. Fornicatur enim anima que deo per fidem coniuncta est si ad dominos ministros se convertens vanos eorum credit superstitionibus. Quomodo enim non fornicatur cum fides tota et coniunctio. Hinc autem et ceteris peccatis quibus homo cadit tutetur nisi digna penitentia deleta fuerint sed in maiorem intelligentiam ista ponitur. Unde quicunque ex hijs aliquod commisit eum ad sacros ordines accedere canones mediantur.;

Dixit quoque dominus ad moysen loquere ad sacerdotes filios aaron et dices ad eos. Ne contaminet sacerdos in mortuis populi sui. nisi tantum in consanguineis et propinquis. i. sup patre et matre et filio ac filia frater quoque et sorore virgine que non est nupta viro sed nec in principe populi sui contaminabitur. Non est enim omnium eadem una mors sed multe sunt mortes in quibus sacerdos se contaminare non debet. Alium enim guardia occidit. Alii superbia necat. alium luxuria punit. atque alium discordia interficiat. Talem igitur mortem sacerdos fugiat. Est autem alia mors qua sacerdos unquam videre eam non poterat. Illa videlicet qua pater eius et mater filius et filia totaque agnatio moritur. Hec est enim originale peccatum quo ante xpi incarnationem nemo unquam mundari potuit. Preter igitur hunc solum mortem qua necessario contaminantur omnis in nulla morte et maiori peccato dei sacerdos contaminetur. Quamvis enim sine anime non tamen sine peccato lugere potest. Quia non soror quia unico nupta est. preter primum originale aliud quoque et parvum voluptate contraxisse videtur. et hac quoque morte et peccato sacerdotem contaminari necesse. Et hec est quod dicat fratre quoque et sorore virgine. Accedit igitur sacerdos ad primam mortem quam eadem morte ipse teneatur. Quod autem ait sed nec in principe populi sui contaminabitur. Ego de illo principe hec intelligo de quo ipse dominus ait. Venit enim princeps mundi huius et in me non habet quicquam. Cuius quidem mors superbia est et desperatio et mala voluntas. Neque

Non radent caput neque barbam neque in carnibus suis facient incisuras. Sed ea deo suo et non polluent nomen eius. Incensum enim dei et panes dei sui offerunt et ideo sancti erunt. Peccatum et male prostibulum non ducet uxorem nec eam que repudiata est a marito quia sanctus est deo suo et panes propositionis offert. Per ergo sanctus quia ego sanctus sum qui sanctifico vos Caput enim et barbam radere et in carnibus incisuram facere doloris et tristitie in domum erat. Sed et ydolorum sacerdotes hec tamen dominis suis olim immolare solebant. Unde Jeremias Sacerdotes mei quiescent habentes tunicas scissas et capita et barbas rasas quia capita mundata sunt. De carnis non incisione in libris regum invenies. Quod autem per peccatum et male prostibulum et eam que repudiata est a marito nisi eam animam intelligimus que abhorrens eas corrupta a demonibus virgata et a deo repudiata est. Hinc autem sacerdos se ingenio non debet quia filij qui ex ea geniti non legitimi sed spurij sunt. Unde ipse dominus ait. A fructibus eorum cognoscetis eos. Talium ergo cogitationes et fugiant sacerdotes quia consecrati sunt et pollui non debent. Munera quoque propitiationis offerunt quos cambyses dare ipse dominus phibet.;

Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro et incendio comburetur nomen patris sui flammis exurat.